Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.

Wien, 1793 Seite 349

Quelle:
Copyright:

notatum eſt. Recapitulationes has *Leyſerus Hiſtoriae* ſuae *Poet. med. aevi* ad p. 704. integras inſeruit. Ab iis in Codice: *Incipit prologus ſuper ewangelia.*

Poſt legem ueterem reſpira petre &c.

Hiſtoria ipſa Evangelica finit:

Hic loquitur de fine iheſus. libroque matheus
Dat finem. petrus finit et ipſe ſuum.

VI. H. 16.

CXXXII.

654 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. nunc 153. 4. principio videlicet et fine mutilus, nitide ſcriptus, paſſimque minio diſtinctus complectitur *Petri de Riga Auroram* ſive Paraphraſin metricam Bibliorum, cujus jam VII. Exemplaria recenſuimus. Octavum iſtud incipit a verſu:

Signat, qui ſpargunt lumen in orbe ſuum,

qui ad quartam creationis diem pertinet. Προλεγομενα igitur omnia cum Poematis initio periere. Eſt porro Exemplar iſtud absque infarctis *Aegidii Pariſienſis*, et hoc procedit ordine: *Pentateuchus. Joſue. Judices. Ruth. Reges. Tobias. Daniel. Judith. Eſther. Machabaei. Recapitulatio* Vet. Teſtamenti, *in qua*, ut ait Inſcriptio, *ſingula capitula ſingulis priuantur literis. Novum Teſtamentum* cum Prologo:

Poſt legem ueterem reſpira petre &c.

ſed poſt Hiſtoriam Evangelicam reditur ad *Job*, et *Cantica*, ad quorum finem: *Explicit aurora.* Vides igitur Partes hujus Operis pro libitu aut neceſſitate Scribarum diverſimode tranſpoſitas fuiſſe. Adhaerent continenter in *ult.* folio:

Verſus domini Hildeberti turonenſis epiſcopi. Extant quidem haec Epigrammata numero XI. in edit. *Opp. Pariſ.* 1708. f. juvat tamen adferre Inſcriptiones et varietates quasdam indicatis Edit. columnis. I. *col.* 1218. *Quid ſignificat quod puer non potuit reſuſcitari per baculum helyſei. niſi per eius preſenciam.* Pro *denotat hoc aliud*, Noſter, *res notat hec aliud.* Pro *convenit*, Noſter *cum venit.* II. *col.* 1211. *Similitudo paradiſi et eccleſie.* III. *col.* 1218. *Quid ſignificat quod precepit heliſeus regi aſſerri ſagittas et arcum et aperire feneſtram et ſagittam iacere.* Pro *reſpondeat* melius Noſter